

J. K.
125
1.

II
688

De LIBRARIIS ET MANUSCRITIS
LIBRARIAE MONASTICAE
CENSURO

FANATICVS ΕΤΕΡΟΓΑΩΣΣΟΣ

H. E.

MEDITATIO SVCCINCTA DE STYLO FANATICO

A GENERE DICENDI SCRIBENDIVE VERE APOSTO-
LICO, PRORSVS ALIENO,
EX ACT. CAP. II. v. 4. SVBNATA

QVA

ORATIONES QVASDAM IPSIS CALEND. IUN.

HABENDAS INDICIT,

AD EASQUE BENIGNE AVDIENDAS

MAECENATES AC PATRONOS EXCELLENTISSIMOS
ATQVE GRAVISSIMOS,
VIROS, CVIVSCVNQVE SINT ORDINIS, PRAENOB-
LISSIMOS DOCTISSIMOSQVE

NEC NON

SENATVM NOSTRAE CIVITATIS AMPLISSIMVM,

OMNES DENIQUE
REI LITERARIAE AMPLIFICATORES

HUMANISSIME INVITAT

M. DANIEL FRIDER. HANITSCH

RECTOR ET SYMMYSTA LVBBENENS.

LVBBENAE,

Typis JOANN. MICH. DRIEMELIS.



α. β. ω.
DE ΕΤΕΡΟΓΛΩΣΣΙΑ FANATICA,
SIVE
DE LINGVA FANATICORVM MINVS APOSTOLICA.



§. I.

Inqua est complexus signorum, quibus pro arbitrio haec vel illa societas res quasvis obvias nostare, & animi sui sensa, orationis beneficio, exprimere confueuit.

Scholion: Cum linguae terminus sit vagus, plus resque uno illi conceptus respondent, nostrum est praemonere, quid in traditio, quam molitur, ista voce significetur. Quis est, qui ex praefixa linguae notione non intelligat, nos nec in forum excurre Physicum, nec anatomica theatra aperire velle, cum Malpighi, Laurentii Bellini, Caroli Fracassati, Alphonsi Borelli, aliorum, cura atque opera, organon illud gustus, eisque systema artificioſſimum, meſculum, nervosum, varisque tunicis, maxime reticulari, involutum, sit excussum. Sed lingua nobis est complexus characterum, quibus ea: quae sentimus, cum aliis communicare valimus. Eo tame superflitionis prolabi nolimus, ut cum profana gentium cohorte recurramus ad Mercurium quendam, tanquam orationis auctorem ac moderatorem, aut illum linguarum sacrificio religioſe colamus, ut potius, quae nostrae meditationi inferuantur ex senioribus fontibus hauriamus.

§. II.

Omnis lingua, quaecunque demum ea sit, perplura conceptuum signa, five rerum notas comprehendit.

Demonstratio: Experientia magistra novimus, infinitam esse rerum copiam, ac insignem proprietatem, quibus illae a se discrepant, multitudinem, five res ex materia conflatas, five res a materia separatas speciemus, ex quo, plurima quoque signa five nomina requiri, recte judicamus, quibus singulae res, rerumque proprietates, apte compellari, ac distincte aliis tradi queant. Atque hinc vocum apparatus elegantissimus, hinc linguarum divitiae existunt, hinc omnis orationis copia manavit. Hinc deinde lingua per complexum plurium signorum non male definitam esse sua sponte patet, per defin. §. I.

Scholion: Majorem esse rerum, quam terminoriam numerum, vel ex eluer, quod una cum voce tres pluresve ideae hanc raro conjunguntur, ex quo translatum dicendi genus subnatum fuit, quod oratoribus concedimus, qui audentium animos tropis figuris, aliisque verborum lenociniis, demulcere solent.

§. III.

Signa, in linguis occurrentia, non sunt necessaria aut naturalia, sed arbitrary & confuetudinaria.

Demonstratio: Signum Ontologiae interpretes id esse assertunt, cuius idea excitat ideam alterius. E. inter signum & signatum arctissima datur relatio (per princip. Metaphys.) Iam vero inter omnes conflat, alias gentes, alias societas, easdem res diversi reddere vocibus, & novas adhuc linguas, si inter nos conveniat de novis rerum notis, condi posse,

Ergo nexus necessarius (qualis est inter ignem & ustionem, inter sanguinis circulum & arteriarum pulsuum) merito negatur, & mere arbitrarius, diuturno usu firmatus, hic habetur.

§. IV.

Istis signis, si orationis accesserit beneficium, sive vox articulata ea enuncientur, animi sensa commodissime proferre licet.

Scholion: Non sine ratione notio linguae completar in seruimus verba: orationis beneficium, cum aliis quoque signis, ut nutu oculorum, manuum agitatio, motu pedum, aliisque corpora gestibus mentis ideas indicare valeamus, quod mutorum exemplis, bonum item, quorum vox morbi cuiusdam vi effossa est, comprobari potest. Quid? quod de manu quoque & pediloquio aliis fuisse disputarunt, atque ipsae sacrae pandectar, ejusmodi signis locum nonnunquam esse declarant, quod rubro fune Rabab ex fenestra suspensa, nec non tela a Jonathane emissa, atque hoc illuc vobatis, clarissime docetur, conf. Jos. II, 18. 21. 1. Sam. XX, 20. seqq. add. Prov. VI, 13.

§. V.

Primam linguarum rationem in arbitrio hominum sitam esse, §. III. est demonstratum. Itaque mirum non est, quod unusquisque fere hominum ordo, suis terminis formulisque solemnis, quas τεχνολογίαν Graeci dicunt, delectatur, atque a reliquis distingui gestit.

Demonstratio: Cum enim plurimae gentium ingeniis, moribus institutisque majorum differant, cum unusquisque hominum ordo id maxime sequatur, quod sibi videatur aptissimum, & sua cuique mens fedat, sua quisque volupitate trahatur, facile, appetet, cur pro libitu quoque sibi formant linguis longe diversissimas, quibus ab aliis discerni facilissime possent.

Scholion: Multum omnino inter eis inter usum civilem & technicum. Pessimum qui callet, in omni foro diversum, ille aliam esse linguam hominum eruditiorum, aliam ruderum ac plebeiorum animadverteret. Alio loqui ore sacrum, alio disceptare oratorem forensem: aliis terminis gaudere Medicum, aliis disputare Philosophum sentit. Suam quisque artem facile sermone prodidit. Miles arma spirat, praeliaque cruenta; Sylvas, ferarumque lucta praedictat venator, navita ventos, dirasque procellas & immanes scapulos commemorat, numeros suos modulando Musicus iugitat, ex quo affecti §. V. allati veritas in dubium vocari nequit.

§. VI.

Ex iis, quea jam sunt disputata, ratio quoque in promtu est, quare homines, sacris a se invicem dissidentes, pro arbitrio tibi fixerint terminos, formulasque quasdam excusplerint, principiis suaee religionis conformes, adeoque ex eorum lingua colligatur sententia, quam de rebus, ad cultum divinum pertinentibus, fovent ac tuentur.

Demonstratio: Cum enim praecellere servato: εἰ πέποστευαστος τῆς καρδιᾶς λαλεῖ τοσούτα, Math. XII, 34 & ὁ πονηρὸς ἀθρόων εἴ τι πονηρὸς Στο. νεῦ τῆς καρδιᾶς αὐτῷ προφίεται πονηρός h.e. ut quisque sentit, ita plerumque dicit, fieri omnino folet, ut homines, diverso ritu sacra facientes, suas opiniones haud obscurae indicent; &, licet personam, quam sustinent, studiosè tegant, ac monstrum, quod alunt, quovis modo pingant, tamen sibi haud raro ipsi larvam quasi detrahunt, &, ut forex vociferando, ita illi dicendo scribendove, quinam sint, nihil tale suspicantes produnt.

Scholion: Idem illis evenire uidetur, quod Petro, cui coelestem CHRISTI doctrinam deprecanti, imo ejuranti, ancilla inquit: καὶ σὺ ἡδα μιτά ιησοῦ τῇ γαλιλaea, ἵγε λαλεῖς διλόν στονάκι, quod eleganter Lutherus vertit: Deine Sprache verträch dich, Matth. XVI, 73. add. Marc. XIII, 70. Quod si enim de religione quæsio fuerit mota, quo Spiritus agentur, quibus principiis sunt innutriti, homines facile aperint, cum suas Deinde emanationes, suam Chiliastra ἀπενεγένεσον, suas Naturalista vires naturae, tanquam omnium rerum moderatrixis, afferat, quod Collini, Ciburius, Chauvinus, Petersenii, aliorumque exemplis, firmissime probatur.



Quanquam dissentientes in gravissimis doctrinae, quam sectantur, momentis, misere labuntur, turpiter errant, ac parum sibi constant: utriusque tamen foederis viri, quorum animis sanctior insedit religio, quorumque mens divina luce collufrata fuit, uno constanter ore, unoque modo, locuti sunt, & maxime Apostoli, divini illi ad gentes legati, res argumenti sacri ejusmodi terminis tradiderunt, qui nec in Symbola, solemnies illas, publicaque auctoritate firmatas ecclesiae formulas, nec in omnem, qua patet, fidei analogiam impingenter.

Demonstratio: Ubicunque unum idemque principium, una norma fidei datur, ibi non possunt non doctores, hanc normam fecuti, eadem sentire, ac eadem dicere. Iam vero & Prophetarum & Apostolorum una norma fuit, a qua se $\mu\eta\tau\alpha\pi\epsilon\tau\omega\pi$ abduci sunt passi. Ergo eos amice inter se consipravisse, unoque ore esse locutos, minime miramur.

Scholion: Duo sunt, quae commendat Paulus γνῶσις doctoribus, τὸ ἀντὸν Φεροῦ, Rom. XII, 16. 2. Cor. XIII, II. & τὸ αὐτὸν λέγεται Cor. I, 10. sive, quod idem est, ἐμοὶσας, ἐμοφεροῦνται, ὑποψήφιοι, ἐμολογίαι, &c.

§. VIII.

Lingua Apostolica est ratio de rebus fidei dicendi, cum Symbolis ecclesiae purioris, & fidei analogia conveniens.

§. IX.

Omnis coelestis veritatis testes, omnesque divinae voluntatis interpres, γνῶστοι tales, quibus interemeratum veritatis studium, fanaticorum Christi disciplina, curae cordique est, ut doctrinæ, ira & linguae Apostolicae sunt tenacissimi, ac ne latum quidem unguem ab utraque recedunt.

Scholion: Occurratur nobis fortasse ab antiquis censoribus, qui viros nonnullos extimos, minus circumspicte, sed liberius paulo subinde dixisse opinentur, quod in ipso Lutherio natus carpint. Respondemus: ante mota tertianis, ante dissidia, de hoc vel illo fidei capite faboria, non secundum summam $\alpha\pi\theta\epsilon\tau\omega\pi$ quidam locuti quandoque videntur, sed cum fucus sentientes, pacis pertaesi, classicum canerent, quam fana fuerit ipsorum mens, rectius cautiusque docuerunt, adeoque merito illi a nobis excusantur.

§. X.

Contra ea recentiori aetate profligatisimum hominum genus, Fanaticorum scilicet, infelici fidere ac partu fuit exclusum, qui εἰνεκεν γλώσσας loqui amant, ac pro arbitrio terminis minus Apostolicis, sed potius prorsus inauditis, obscuris, mente cassis, formulis item abjectis, dignisque ecstematicorum hominum ingenio utuntur.

Scholion: Fanatici formam quidem ipsam, & tanquam faciem foedissimam ut exprimamus, ordo tractationis exigit. Duplex igitur nominis adbaaret notio, quarum altera est etymologica, altera ecclesiastica. De utriusque despiciamus. Priorem si evolvamus, Fanaticus a fano nomen fertur, quod idem est ac delubrum, locus religiosus, Deorumque cultui sacratus. De fano Junonis, Diana, Fortunae, Cicero passim mentionem facit, & reliquis carmina Poëtarum copiose agunt. Si igitur primam vocis originem spectemus, Fanaticus est, qui frequenter in fanis ac delubris, & superstitiis DEOS Deos colendi ardore fervet. Sacerdotes Martis ac Bellone, suo cruro sacrificantes, districisque gladiis discurrentes, proprie appellatos fuisse Fanaticos, Laetanius, Lib. I. inst. divin. Cap. 25. & Juvenalis, Lib. I. Satyr. 4. testimontur. Cicero Fanaticum dicit hominem, numinis afflato vaticinantem, quemadmodum Livius homines, Fanatico carmine vaticinantes, Lib. XXXVIII. Cap. 18. & Quintilianus Lib. II. Cap. 3. homines, ridiculis gestibus convulsi, commoverent. Clarus vis ac nervus hujus nominis patebit, si Graecas, quae illi respondent, voces cum eo contendamus. Graecis ἔνθεοι, ἔνθετοι, θεοφεύσει, θεωμάται appellantur, qui nomine quodam aguntur, seu, ut Seneca explicat, qui recepto DEO furunt. Sic Pythia illa



suposito famosa, Strabone teste, θύματα εἰς Θεοτάτων, ex imo biau spirante, repletā, in furorem acta, & toto corpore contremiscens, oracula edidisse furor. Livius, Bacchi sacrificulos in Bacchanibus, quae alias Orgia Dionysia, item iugis ritus vocabantur, velut mente captos, cum iactatione corporis Fanatica, futura cecinisse ait, Lib. XXIX. Cap. XIII. Eodem modo Corybantes, Cybeles, magnae illius Deorum matris, totos θύματα, furore correptos, pulsantesque tympana, per urbes curvistaffi; Diodorus Siculus memoriae prodiit. Montanistae denique, se εἰδησισθῆναι i. e. sacro furore corripit, jactarunt, monente Epibano, haeret. 48. Ex his nominis ratio, ac sensus, quem diximus, etymologicus intelligitur. Progradimur ad sensum poskeriorem, scilicet ecclesiasticum, qui paulo latius patet, ac vel ad omnes in genere Novatores, veluti Deijas, Naturalistas, Rationalistas, Eclogistas, Indifferentistas, Majoristas, Libertinos, Scepticos. S. Pyrrhonicos, alias que errantibus claves extenduntur, vel in specie notarum bonines, qui, a divina revelatione ad furiam, a lumine quoddam interno proficitam, deflectunt, quique εἰκαστον quandam tumultus, cum mentis alienatione, ac sensuum evacuatione, crepant, & religionem novam, eamque neque Lutheranam, neque Reformatam, neque Pontificiam, sed quartam, nullis unquam patetis flabilitatibus perperam fingunt. De hac classe nobis potissimum sermo erit.

§. XI.

Genus dicendi scribendive Fanaticum dicere nobis licet εἰργολασσία, per quam nihil innuimus aliud, quam primitum, novas in rebus fidei voces, novosque flosculos, adhibendi, quibus lux divinarum veritatum obscuratur, & omnis doctrinae Christianae nexus, vehementer turbatur. Atque haec est, de qua paucis exponemus.

Scholion: Nemo nobis vitio verterit, hanc definitionem esse ex parte improriam s. metaphorican, cum & flosculorum, & lucis termini can ingreditur. Alterum enim confutudo, alterum communis, quo fruimur, sensus determinat, neque ideo obscuritatis cuiusdam in definitando argui poterimus.

§. XII.

Uerior est messis, in quam nunc falcem immittimus, quam ut singula in hos fasciculos colligere queamus. Itaque spicas quasi, cundo per omnem Theologiae campum, legere, atque non nisi ea his tabulis interfere licet, quae insituti nostri ratio postulare videatur.

Scholion: Schelvigii, Bücheri, Faesfkingii, Neumanni, Wernsdorffii, quos Fanaticorum flagella vere dixeris, scripta consulat, qui desideret plura.

§. XIII.

Cum tres sint Theologiae partes extantiores, Theologia speciatim sic dicta, Anthropologia & soteriologia, omnium optime potiores communisque Fanaticorum errores, ac inceptam, quae hinc nata est, terminologiam, perspicci posse judico, si iis factis perlustratis, quid in unam quamque peccetur, quaeramus?

§. XIV.

Quemadmodum ex lacunis impuris, sordidisque fontibus, limpidae aquae, aut rivi salubres, nunquam promanant, ita ex falsissimo, quo misere decipiuntur Fanatici, principio, non possunt non pessimae, & οὐσιατικές τὸν ὑγιαίνεταν λόγον contrariae, conclusiones elici. Ilti enim tenebricolae ad lumen quoddam internum perpetuo provocant, & cum Platone modo θεῖον & ἀποπαρατίνοντες θεῖον homini esse connotatum somniant, modo scintillam quandam divinitatis, ac divinae aurae particulam, in animi fundo delitescere dicitant, pro qua, tanquam pro aris & focis, strenuissime pugnant.

§. XV.

In Theologia speciatim sic dicta



- a.) Cum isto suo lumine interno Filium & Spiritum S. confundunt, adeoque cum Sabellianis & Socinianis Trinitatem evertunt
 b.) Vitam aeternam se jam hac in vita possidere fabulantur, simulacra particula illa divinae aurea excitetur, contra ea infernum iis tribuant, qui *τοιανας πουεται* Platonicum i. e. excitationem illius particulae S. scintillulae omittant.

§. XVI.

Ad *αἰρετολογίαν* si animum advertis, illi novatores

- a.) tres hominis esse partes essentiales, corpus, animum & spiritum, contendunt.
 b.) Loco peccati semen malum, ac semen bonum homini esse congenitum fingunt, & prius per posterius funditus aboleri, adeoque hominem jam sub sole ad perfectionem, ad *εὐείστην τὸ θεῖον* platonicam, imo *περιθέστην* pervenire posse.

§. XVII.

Nec leviores sunt, quos in Soterologia receperunt, errores, quibus salutis ordo mirifice turbatur, ac mediorum, quae eo ferunt, vis eluditur. Nam

- 1.) justificationem, quae a solo Christi merito imputato, ac fide nobis vindicato, redundat, turpiter explodunt, & abolitionem essentiae peccaminorum, quam veterem Adamum vocant, substituunt, qua facta tortus homo fiat *ψυχές* s. spiritualis, & peccare exemplio definit. Quid? quod justificationis actui, s. momento, quo justi coram Deo reputamur, opera immissent, eorundemque si non cōfidentiam, certe cōexistentiam ac praesentiam defendunt.
- 2.) Verbum Dei exterritum, ut literam mortuam, ut vappam, ut merum corticem, contemnunt atque traducunt, nisi intrinsecus vis quedam & efficacia spiritus accedat.
- 3.) Baptismum quoque, salutarem illum fontem, quo Christi sacrif. initiamur, in internum & externum dividunt. Posteriorem per contemptum nominant aquae baptismum (die Wasser-Tauft) eumque prioris tantum figuram esse ajunt, quem per suffocationem substantiae veteris peccaminorum, ac resuscitationem nouae essentiae divinae describunt.
- 4.) sacram coenam perinde in exterritum & internam dispescunt, ac priorem non nisi figuram esse posterioris affirunt, quae in reflexione mentis ad lumen internum consistat, qua mens non fecus, ac corpus cibo & potu alatur, sustentetur, atque vigorem accipiat.
- 5.) Ministerium ecclesiasticum, & facultatem publice docendi, unicuique five mari, five foeminae, promiscue permittendum esse censem, si per internum lumen ad illud instigetur.

§. XVIII.

Omnium maxime horremus nefanda Fanaticorum dogmata, & *Τὰ αἰσχύλα*, quibus isti locum de Christo, qui solus est nostra salutis instaurator ac vindic, misere lacerare ac depravare conantur. Christum enim *pro nobis*, ut exterritum & literalem aspernantur, omnemque salutis spem in Christo *in nobis* five interno ponendam esse flatuunt, quem nunc sponsam agni & Sophiam coelestem cum Peterseño & Arnaldo (die holdselige enige Jungfrau der Göttlichen Weisheit) nunc tincturam coelestem cum Hoburgio (die himmlische tintatur) nunc einen Aus- und Durch-bruch des Wesens, nunc ita definit: es sei eine verflährende Kraft der Göttlichen Dreieinigkeit, die ihr Feuer in die Seele auslässe, und wodurch die Seele, nach ihrer Läuterung, zu einer volligen Reinigung gelange, quae omnia *καταργεῖ* quandam Platonicam, a Poiroto defensam redolent, & ab Oliandro, Weigelio, Boehmio Münzero, turbarum rusticarum incentore, ridicule sunt exaggerata.

§. XIX.

Craftissimus est sine dubio hoc in arguento *ἀξέσσος* ille Christianus, scilicet Pseudo-Democritus five Dippeius, qui, ut omne redēctionis negotium in homine denuo perfici debere scripsit, ita, quae in sacris literis de cruento Christi merito habentur, in meram convertit allegoriam, justitiam imputatam per libidinum dicit: Die putativisca Gerechtigkeit, imo nostram de Mediatore sententiā accusat: Der absurdesten und ärtesten Ketzer, & quae sunt his pejora.



Scholion: Fontes, ex quibus haec haufi, sunt in manibus. Huc pfectat Christiani Democriti, Theologi, Philosophi, Physici, Medici aufrichtiges Glaubens-Bekanntniß de anno 1732. art. 3. p. 19. conf. ejus Predigt an die Tünnberger Prediger, wegen der molinum eines extraordinarien Predigers der Wahrheit, Victoris Tuchfelds, concipiit durch Christ. Democritum, anno 1732. add. ejus gelehrt Zeitungen von gelehrten Zeitungen oder Critiquen und Remarques aus denen Hamburger Berichten de anno 1733. den 17. Merz num. XXII. p. 177. über nachfolgende Worte: Unsere Kirche hat drey sehr berühmte Meynungs Kämer nach und nach bekommen, die als Cometen und Jérsterne unsern Kirchen Himmel recht furchterlich machen. Der eine ist der berühmte Herr Seebach, der andere ist der beschriene unverschämte Dippel, der mit editur seiner Lügen Schand und Läster-Schriften fortfädtet. Zu diesen zweyen hat sich endlich der ausschwefende Tuchfeld eingefunden ic. quae ephemeredum verba ille Zorius commentarius illusfravit, & auctorem, pro more suo, salissime perfrinxit.

§. XX.

Huic merito adjungimus Zinzendorfium, Fanaticorum, si a Dippelio discesserimus, facile principem ac daduchum, qui, illustris sue stirpis immemor, nescio quem novum Apostolatum affectat. Si enim flores quosdam, scriptis ejus eristicis infertos excerpamus, dici vix potest, quam peregrino, inulstato, imo dixerim, agresti stylo in multis utatur.

Scholion: Prodiavat in lucem consilium Theologicum Celeb. Baumgartenii de societate Herrenbutana s. fratrum Moraciorum, contra quod iste Comes, Moraviae fraternitatis episcopus, insurrexit, & adscito Siegfriedii nomine, edidit scriptum, cui rubrum fecit: Siegfrieds bescheidene Bedeutung des von dem Herrn D. Baumgarten Theologischen gefährdeten Bedenken, über die Evangelische Nährkirche Kirche, und deren Evangelische Lehrer, in specie den Grafen von Zinzendorff. Redissime judicavit Theologus Halensis. E. hat sich Siegfried, nach seinem von ihm selbst also benannten FAVORIT STYLO, viel irriger und paradox klingender Ausdrückungen bedient. Unum aut alterum saltem exemplum afferve licet: S. 72. redet Siegfried: von der zur geistlichen Unschmeichelung erforderlichen Hize durch die Predigt des Kreuzes. S. 171. dass es heutzutage Menschen gebe, die einen allgemeinen unschätzbaren Apostolischen Geist haben, deren Rath man als untrüglich annehmen dürsse. S. p. 152. der Ausdruck, Anfechtungen, sey ein in rerum natura nicht existentes, extravagantes und enthuastisches, oder aber doch nicht unter die affectiones des Herzens, sondern des Gehirns, gehöriges Ding. Conf. D. Siegmund Jacob Baumgarten Theolog. Bedenken IV. Sammlung, 24. Stück. add. D. Christ. Eberh. Weismanns diff. de ecclesiis in eccl. erigendis.

§. XXI.

Fanatici, quibus omnia fordanit antiqua, neque in eo venerabili parcunt antiquitati, quod hymnis antiquis proscriptis, ac versione Lutheri decantata, hymnologia nova, carminibus initro Apolline factis referta, divulgare, novisque versionibus inclarescere conantur, quibus vaticinia de Christo enervantur, ac sensu Spiritus S. misere detorto & depravato, omnis oraculorum scripture vis vehementer labefactatur, quod praeter Anonymi versionem epistolae ad Romand, Actuum item Apostolicorum, in primis versio Bibliorum Wertheimensis declarat, ejus autem Boernerus, Reizius, Kemna, Schrammius, Kohlius solidissime confutarunt, eumque ablurde ac irreligiose permulta transtulisse, firmissimis argumentis evicerunt.

Schol. Cel. Baumgarten. loco schol. antec. allegato optime docuit: Es sey in den Zinzendorffischen Liedern eine Burlesque Schreibart, a pag. 620-732. De Wertheimensis autem versionis conditore, quem perspicacissimi autores der früh aufgelesenen Früchte, auf das Jahr 1736. seqq. J. W. Schmidt appellant, Kohlius optime iudicat, eum neque pro Theologo, neque pro Christiano, neque pro Iudeo, neque pro gentili, sed pro Naturalista & atheisto habendum esse. Audiamus protevangelium Gen. III, 15. quod ille ita



AK II:688

X 366 1153

translatis! Bünftighän soll zwischen dir, und der Frau, und euer beyder
Nachkommen, eine beständige Feindschaft seyn, dergestalt daß die
Menschen den Schlangen auf den Kopf treten, und diese hingegen jene
in den Fuß stechen werden. Legamus Genes. I. v. 1. z. ubi ita eius verba flu-
unt: Alle Welt Corpus, und unsre Ede selbst, sind anfangs von Gott
erschaffen worden, da Ede war mit einem finstern Tebel umgeben,
und rings herum mit Wasser umfloßen, über welchem heftige Win-
de zu welken anstiegen sc. quae gauca iam satis huius novatoris licentiam
docent.

§. XXII.

Ex his, in summam collectis, intelligitur, Fanaticos, qui cum ecclesia loqui
aut nesciunt, aut nolunt, non esse veros ecclesiae filios, sed illis Apostolico, di-
cendi scribindive genere neglecto, ἵκερδεσιαν, quam diximus, metito tribui,
ad eoque eorum falsissima dogmata cane prius & angue esse fugienda.

Demonstratio: Qui cunque enim Theologiam ex falso principio deduc-
unt, Trinitatem impugnant ac tollunt, aurea divinae particularum in ho-
mine refidam fingunt, ipsum Servatorem, ejusque meritum, elidunt,
verbum revelatum, ut literam mortuam, respiciunt, Sacraenta ludibrio
ac contentui habent &c. illi profecto a stylo Apostolico longissime absunt,
ac novam quandam religionem, nulla unquam pactorum auctoritate sta-
bilitam, affectant. A. E.

In has incidimus meditationes, cum pensum, quod sacro solemini, in memoriam
effusi in Apostolos Spiritus pridie celebrato, explicari solet, evolveremus: Nam
Act. II. v. 4. legimus verba; οὐταντού λαλεῖ εἰπεις γλώσσας, καθάς τοι πνέων εἶδε
καὶ λόγος Θεοῦ φήγεται, ex quibus id colligebamus, novos quoque illos, qui nostrum
seculum afflignant, Apostolos εἰπεις γλώσσας λαλεῖ, non quidem verorum, super
quos divinus recubuit Spiritus, Apostolorum modo, sed inepto illo, ac Fanaticos,
quem demonstravimus, more. Veneremur hoc maxime tempore S. Spiritus, grata
devotaque mente, eumque ut gravissimum scholarum, quae ejus sunt officinae, re-
storem, ac soleritissimum linguarum conditorem, imploremus, ut juvenum, curae
ac fidei nostrae creditorum, comitibus elementissime ad esse, eorumque ingenia,
ut linguarum, ita & reliquis doctrinae ac vitae praecepsis saluberrmis imbutere velit.
Non sine laude in linguarum studio profecit, Nobilissimus, ornatusissimusque juve-
nis, CHRISTOPHORVS GOTTLIEB MEINHOFFVS, Seehufa-Saxo, qui, ex quo tempore
nostro interfuit coetui, omni cura, opera, contentione id egit, ut officii, quod in
probos discipulos cadit, rationem pro viri haberet. Eo apud nos, (quae S. Spiritus S.
fuit gratia) est progressus, ut & in Romana, & Graeca, & Ebraica, & Galilaea, rectifi-
sime sit veritas. Itaque optimo nunc jure animum ad altiora parat, in academi-
am propediem abiturus. Ante vero, quam hinc discedat, Latina oratione venti-
labit quaefactio: utrum linguae in se pfectane, conficiant bonum vere eruditum,
aut eruditum conſtituant? quo argumento excuso, carmine vernacula ultimum
vale commilitonibus acclamabit. Cum eo autem optimae spei, ac felicissimae in-
dolis, juvenes in arenam prodibunt, viresque ingenii simul experientur.

JOANNES GEORGIVS PAVLI, Lubenensis, qui de linguarum origine, orat. Lat. praefab-
bitur; hunc excipiet.

SAMVEL GOTTHELEFF CECOV, Straupiz, Luf. de lingua primaeva, Lat. orat. dictu-
rus. Hunc sequetur

JOANNES SIEGERIED WEFEL, Lubenensis, Gall. idiom. de γλῶττοις ιαβυλονικα, verba facturus. Post hunc

CHRISTOPHORVS KITTAN, Hartmansd. Luf procedet, qui orat. Graeca de dono
linguarum in Apostolis exponer. Praeter hunc

JOANNES CHRISTIANVS ERDMANNVS, Lubenensis, orat. Lat. ager de virtutis affectionate
in linguis. Denique idem

JOANNES GEORGIVS PAVLI, quem noster academiae Candidatus habuit amicissi-
mum, iterum prodibit, & praemissa orat. Germ. de cultu linguarum per
societas publicas, abiturum candidis votis profequerit.

Hae declamationes cum eras, si Deus fierit, in acroterio nostro superiori futurae
sint, omnes Musarum Patronos, quorum interest, ut artes, quibus ingenia for-
mari solent ad humanitatem, converventur, qua par est, observantia rogamus,
ut ab hora IX. matut. frequentes adesse, juvenumque oratorum, quos produ-
cturi sumus, conatus aequi bonique consulere velint. Scripsi Lubenae, prid.
Calend. Iun. cl. 10 cc XXXVII.

V 18

MC



Hi
688

FANATICVS ΕΤΕΡΟΓΛΩΣΣΟΣ

H. E.

MEDITATIO SVCCINCTA

DE

STYLO FANATICO

A GENERE DICENDI SCRIBENDIVE VERE APOSTO-
LICO, PRORSVS ALIENO,
EX ACT. CAP. II. v. 4. SVBNATA

QVA

ORATIONES QVASDAM IPSIS CALEND. IVN.

HABENDAS INDICIT,

AD EASQUE BENIGNE AVDIENDAS

MAECENATES AC PATRONOS EXCELLENTISSIMOS
ATQVE GRAVISSIMOS,
VIROS, CVIVSCVNQVE SINT ORDINIS, PRAENOB-
LISSIMOS DOCTISSIMOSQVE

NEC NON

SENATUM NOSTRAE CIVITATIS AMPLISSIMVM,

S DENIQVE

E AMPLIFICATORES

IME INVITAT

IDER. HANITSCH

MMYSTA LVBENENS.

BENAE,

MICH. DRIEMELIS.

